

Pacem discipulis: corpus in deis.
 patri spiritum: virgini paranyim
 phū: latroni paradisi: peccatori
 b: infernum. christianis peniten
 tibus crucem penitentie delegavit
Pretenda igitur quam deus debet
 apostolis fuit mors et persecutio.
 Johan. decimo quinto. Si me ple
 cti sunt et vos persequerentur. Prete
 da quam debet alijs qui non fuerit
 a deo fortis fuit pax et tranquillitas
 mentis. Johā. decimo quarto. Pa
 cem relinquo vobis: pacem meam
 do vobis. Pretenda quam debet in
 deis fuit corpus proprium ut ipsi
 crucifigerent. vulnerarent et penis
 afficerent ut sic nostra redemptio
 perficeretur. Job nono. Terra id est
 caro christi de nostra terra assu
 pta data est ei in manus impij id
 est iude. Pretenda quam patri ce
 lesti debet est spiritus suus quem
 in suis manibus commendavit. Luc. x
 vij. Pater in manus tuas commendo
 spiritum meum. Pretenda quam debet
 matri fuit iohes euāgelista que
 sibi paranyimphū et custodiam dimi
 sit. Joh. xij. Mulier ecce filius tuus.
Pretenda quam debet latroni fuit
 paradisi. Luc. xxij. Amen dico ti
 bi. ecce quanta securitas quia hoc si bi
 iuravit. Quia hodie. et ecce quanta ce
 leritas quia non dixit ad mensam vel
 ad amicum expecta. Quia mecum eris.
 Ecce quanta societas. In paradiso.
 Ecce quanta loci amenitas. Preten
 da quam debet peccatoribus fuit infer
 num. Mat. xxv. Discedite a me ma

ledi in ignem eternum. Pretenda
 quam debet christianis fuit crux penite
 tie. Luc. ix. Si quis vult post me ve
 nire abneget semetipsum et tollat
 crucem suam et sequatur me.

Sequitur sermo tertius eiusdem.

Ihesus abscondit se et exi
 iit de templo. vbi supra. Joh. 8
 Dominus noster ihesus christus si
 aliquando dicebat verba: hec ordi
 nabat ad nostram instructionem. Si
 aliquando fatiebat miracula: hec
 ordmabat ad nostram consolati
 onem. Quia sicut dicit Bernardus. Vide
 tes angustias domini nostri leuius
 portabimus nostras. Si fatiebat ali
 qua: hec ordmabat ad nostram re
 formationem. Unde in hoc facto quo
 scilicet christus se abscondit informa
 mur et nos furentibus subtraha
 mus. Notandum autem quod dominus
 aliquando fugiebat. aliquando oc
 curebat. aliquando se occultabat.
 Fugiebat quidem honores sicut pa
 tet Joh. sexto vbi dicitur. Ihesus
 autem cum cognovisset. quia ventu
 ri essent ut caperent eum. et facerent
 eum regem fugit in montem ipse
 solus. Occurrebat autem suis cru
 cifixoribus. sicut patet Mat. vice
 simo sexto. Surgite eamus scilicet
 obviamus eis. Ecce appropinquabit
 qui me tradet. Abscondebat se do
 minus noster ihesus christus a iu
 deis furentibus ut scilicet ipse ab
 ipsis iudeis subterficeret occasiones.